

stimonio facere Intendebat. et de hiis que per Inquisicionem eandem inveniri contigerit Scriptum publicum facere deberemus dictis dominis Secretis per eundem Iudicem Matheum mittendum sicut datur ei per dictas licteras in mandato cuius requisicioni. devote parentes; cum iusta petentibus non sit denegandus assensus. sibi adfuimus quod dictus Iudex Matheus in nostri presentia et testimonio per subscripto (*sic*) viros ydoneos et fideles de Barolo per quos huius rei veritas. melius potuit Indagari de premissis diligentissime inquisivit. Recepto primo ab eorum quolibet super Santa dei evangelia corporaliter Iuramento de veritate dicenda cuius Imquisitionis Tenor per omnia talis est. Notarius Nicolaus de Raynerio. Iuratus et Interrogatus si sciret quod tam ipsi archipresbiter et Capitulum quam predecessores eorum quartam partem decime baiulationis dohane et aliorum veterum Iurium Curie in Barolo Tarenorum auri quindecim ponderis generalis de veteri buccaria ipsius terre et libras de cera sexaginta pro dicto cereo pascali emendas *etc.* dixit se scire et notorium est ac audivisse dici quod ab antiquis temporibus predictorum catholicorum Regum predictarum baiulationis et dahane ac aliorum veterum Iurium percipiebatur sive per credencerios, per quos Iura Ipsa pro parte Curie procurabantur. exitabantur, et percipiebantur; sive per Cabellos. quibus eadem Iura concessa fuerunt ad extaleum. set postquam predicta nova statuta imposita fuerunt per predictum qd. Imperatorem de tota quantitate pecunie que consuevit percepi et percipiebatur per ipsos procuratores tam de Iuribus predictarum baiulationis et dohane et aliorum veterum Iurium quam de Iuribus predictorum Novorum statutorum, vel pro qua ipsa baiulatio dohana et alia vetera Iura cum Iuribus fundici et aliorum novorum. statutorum. locabantur et concedebantur deduci consuebat tertia pars pro ipsis novis statutis. de quibus decima non solvitur. Et de decima Reliquarum duarum partium ipsius